

Heinrich Rudolph Redecker Ernst Krackow von

Dissertatio De Dignitate Equestri

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756691931>

Druck Freier  Zugang





N. N. 2 (149.)

1. Rivin, retractum legalem in lavatione locum non habere.
2. Rivin, an et quatenus mortis reus tormentis deus subijciendus sit?
3. Rivin, de clerico cambiante.
4. Arnold, de probatione per scripturam privatam.
5. Billeb, de iure divino sacris Impm. Constitutionibus et praepri-
mis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae,
6. Pinnius, de renunciationibus sacerdotum, praecipue inter
illustres nobilesque Familias usitatis.
7. Zirnbach, de iure pupillarum singulari.
8. Zornmüller, de erroribus historicorum gentiliū in rebus
sacris referendis.
9. Voigt, de presbytero legitimo ordinationis ministro et prae-
scripto iuris divini et humani.
10. von Sprengel, de Fortitione
11. Steinwisch, de iuribus civitatum.
12. Scherer, de reconventionem.
13. Scherer, de litis contest. et iuramento calumniae.
14. Wildvogel, de tutela dativa.
15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privato-
rum promerere debeat?
16. Schuffel, de iudice per accidens competente
17. Wildvogel, de commodato filii, ob cuius dote maritus contra Incuriam
sua etiam in Grabatum in maritus.

18. Wildvogel, de statutis provincialibus, cum Rudolphi.
19. Wildvogel de tesora Fruventaria.
20. a Diefeldorf, de potestate statuum imperium protestanti-
um circa matrimonia fabricatorum.
21. Ocelln, matrimonium infideli contradicens juri
naturae.
22. Badiu, de restringenda libertate matrimoni in-
eundi una Cuiusdam Langsdor Longit in Gaurort/an
23. Bonhoeffer, de jure venandi & modum servitutis
juris publici in territorio alieno ejusque usus abusu
24. Hahn, de pignoribus et hypothecis.
25. Hahn, de fideicommissis familiae,
26. Tabor, de constitutione repetitione et privilegio
dotis.
27. Lemerer, de obfignatione judiciali.
28. Lincovius, de jure retentionis.
29. Lemerer ad disp. de jure cesso.
30. Lemerer, de jure cesso.
31. Lemerer, ad disp. de quaesitionibus.
32. Lemerer ad disp. de actionibus in rem.
33. Lemerer de actionibus in rem.
34. Schnabel, de fideiussoribus.

DISSERTATIO
DE
DIGNITATE
EQUESTRI.

11
35

Quam
BONO DEO
permissu

Amplissimæ ac Nobilissimæ Jcto-
rum facultatis

SUB PRÆSIDIO

HEINRICI RUDOLPHI *Kedeker*
Westph.

*Doctissimorum Studioforum disquisitioni
exhibet*

ERNESTUS à Krackow/
Eqv. Boruss.

9. April. Anno 1653.

os(o)se



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO clv. lvc. LIII.

Magnificis, Generosis ac maxime Srenuis Viris
DN. MATTHIÆ à Krafow / Illustriss.
Elect. Brandeb. Legato Gravissimo, Hereditario
in Ossen / Kurow / vnd Wittenberg &c. &c.

DN. MARTINO DERINGO à Krafow /
Supremo Milit Praefecto emerito, hereditario in
Spect & Gerberow &c. &c.

DN. ERNESTO à Krafow / Praesidi Ju-
dicii Pommerelliani eminentissimo, hereditario
in Krafow &c. &c.

Patruo, Patri, ac Agnato meo, *Salutem.*

Duplex basis est, quæ Rerumpubl. compages fulcitur: Prudentia
Militaris ac Togata; Utraq; Nobilitatem ut uberrimum virtu-
tis præmium procreat. Ex quibus etiam Generosa dignitas, avitæ
nostræ familie, ut primum cœpit, ita indies crescit. Quod Magnifici ac
Generosi Viri Vestri honores, utraq; virtute præulari testantur: Siqui-
dem æmulo conatu ad supremos virtutis proventus penè progressi estis, ut æ-
quandi desperatum onus mihi impositum agnoscam, nam vigilantissimo studio
ad summum illud virtutis fastigium conscendere, vix spem concipere possum;
Ne tamen ego omnino factorum Majorum meorum subsistam otiosus spe-
ctator, sæpius mecum exputavi, quâ ratione obsequentis ac grati animi pieta-
tem testari possem, ne tantis Majoribus indigna videar proles; Quippè qui
non tantum, maximus exemplis, Verum etiam ratione, præceptis, ac consilio
meam pueritiam, & jam accedentem ætatem fovistis. Quare, cum in præsen-
tiarum vires deficiant, chartaceum hunc ingenue mentis fetum, in specimen
vestri cultus parturire volui. Ut Magnifice Dn. Patruæ habeas indi-
cium summæ reverentiæ, ejus, qui tuum affectum, cum voto parendi, subinde
veneratur; Ut Dulcissime Dn. Pater respicias pignus tui amoris, ex
intimo corde obsequentissimi filii promanans; Ut Generose Dn. Agnate,
Susceptor ætatem devotè colende, de præstito pietatis officio & amore recipias
animum tui observantissimum. Accipite itaq; Generosi Viri suavissimo
vultu, hoc qualecunq; munusculum, meq; ulteriori vestro affectu dignamini
ita efficietis, ut Juvenilis animus, levium quoq; rerum gloria sublatu, majores
ausus subinde continuabit. Valet, Rostochj 9. April. Anno 1653,

V.V. M.M. & G.G. Obsequentissimus

ERNESTUS à Krafow.



BONO DEO.

De

DIGNITATE EQVE-
STRI.



Non facile Resp. consistit, in quâ non est
præmium virtuti, ac pœna sceleri proposita, *Cicer. l.*
3. de Natur. Deor. Nov. 164. pr. c. principatus. q. 1. ubi
etenim non est bonorum atq; malorum discrimen,
verum ambitio omnia virtutis præmia possidet in-
evitabile Respub. portendit exitium, *Salust. in Ca-*
til. p. m. 38. & dum inter ignavum ac strenuum.

bonum & malum, nullus observatur ordo, certè virtutes algent
Livius lib. 4. Quicumq; enim alicui negotio intentus est, ut de Repub,
benè mereatur, ac præclari facinoris bonam famam quærat, si vanâ spe
lætetur nullum acquirens fructum suscepti laboris, facile seipsum, ac
alios à proposito virtutis cursu abducit, quoniam amara per se virtus
est atq; aspera, si gloriam demseris *Salust. ad Caesar. de Republ. ordin. p.*
m. 195. nam labor ingratus est quem fallunt debita præmia, & bonos
desperatio à viâ virtutis, quæ ardua est, abducit, cum se non discretos esse
cernant ab ignavis; Sublaris enim studiorû pretiis, etiam studia pereunt
ut minus decora *Tacit. ii. Annal.* Hinc Romani fortia Civium facta,
triumphs, coronis ac publicis laudationibus incenderunt *Sveton in Aug.*
ut virtuti debitum constituatur præmium *l. 4. C. de stat. & imag.* Hono-
ris siquidem blandimento civium animi ad virtutem invitantur *l. 6. in*
su. C. de profess. & med. c. non vos 23. q. 5. Quamvis itaq; uno nomine natu-
rali omnes homines appellentur *l. 4. ff. de J. & J.* attamen apud omnes
gentes etiam Barbaros, in Rebuspb. differentia constituta est, ut alii
sint nobiles alii ignobiles, ne ex graduum confusione oriatur dissociata
multitudo, præsertim cum in politicâ vitâ nihil magis servari debeat

A

quam

quam dignitatum ordo. Unde etiam Romanorum Divi Principes a quibus Imperii dignitas ad modernos usque gloriosissimos Imperatores translata est, hoc tanquam fundamentum ac arcanum observarunt, uti satis probatur *l. 1. C. ut dign. ord. serv. l. 1. ff. de alb. ser. Nov. i. e. 1.* Hac consideratione, BONO DEO de Dignitate Equestri ac Nobili, Academicum hoc Exertitium constitui.

THES. I.



AD vocem nobilis quod attinet est ea tantum adjectiva, sua naturam, quamvis usu ex quo desumitur vis ac norma loquendi, substantivè usurpetur, alias ritè loquendo, apud claficos authores vix ita reperitur. Variæ ejusdem invenitur interpretum derivationes; Quidam nobilis, quasi non bilis quod sint sine BILE, i. e. ferocia & iracundia; Alii quasi Nobis Lis quod Nobilibus litigandi appetitus sit innatus; Alii NON VILIS quasi ex plebis vili consortio exemptus, quod magis est verisimile, unde sepe fit oppositio inter nobilem ac vilem, *auth. præfides C. de Episc. aud. l. 3. C. de muril. & Gynec.* Alii qui procul dubio rei naturam potius inspiciunt NOBILIS, quasi Noscibilis; denotat autem nobilis illum, qui per bonum aut malum factum innotuit. *Plaut. in Pseud. act. 4. sc. 7.* inde prædicatum hoc absolute positum semper bonum denotat, certo vero subjecto applicatum, pro qualitate subjecti bonum aut malum significat; ita dicimus Nobilis scelere, *Cicero pro Roscio.* Nobile scortum, *Ovid lib. 11. Met. fab. 91.* Poppæa omnem pudorem dum ejurasset dicitur nobilis *Tacit. lib. 13. Annal.* Ulpianus propter virtutem dicitur nobilis *l. 2. in fin. ff. de Tut.* tribuitur etiam interdum rebus inanimatis, ut agri nobiles *Ovid. 3. amor. 2.*

II. Nobilis in nostro proposito is dicitur qui honorum luce est conspicuus *l. 3. C. de Comm. & merc.* & definitur. Homo propter virtutes proprias aut paternas, legitimè, plebeia conditione exemptus. Germ. Ein Edelman/ quæ significatio non derivatur ab Aquila vom Abeler/ ut communis est opinio, sed compositionem factam esse arbitror ex duobus primitivis scil. Edel & Mann/ Supervacuum ergo est ad Hebræum aut Græcum recurrere fontem; dicuntur etiam Jung Herrn eadem Consideratione, cujus vocis Etymologia, vel ex relatione ad superiores Principes, Comites, Barones, desumitur, ut dicantur

dicantur *JungHerrn*/quasi *Kleine Herrn*. Vel ex consideratione ætatis:
Quasi sint *JungeHerrn*/quo veterum Principum diplomata respiciunt,
ut *JungHerr Bernd vnd Hinrich / Hertoge tho Brunschwig vnde tho*
üneborg / JungHerr Otto vnd Bernhard von der Lippe. Besold. de or-
din. Equest. in Imp. th. 3. & apud Meteran. in Hist. Belg. l. 1. p. 14. Juncker
Carl von Egmont / Hersog Adolphy Sohne / Quem titulum postea No-
biles sibi attribuerunt : Dicuntur etiam Ritter / cujus originem cum Nol-
den. de Stat. Nobil. th. 25. non à græcâ voce ῥίτωg derivamus, sed à Ger-
manicâ voce Reiten / unde Ordo Equestris dicitur die Ritterschafft / quod
latina etiam significatio innuit, quâ Eques dicitur ab equitando, quamvis
nimis lata sit hæc appellatio, unde Germani, distinguentes inter Reuter
ac Ritter / fuerunt illis feliciores. Dicuntur autem Ritter / quasi qui
virtute bellicâ patriam defendunt. Ignominiosâ voce, Nobilis dicitur
Schuffi / quam vocem licet Politici ac Philologi ab Hebræa voce dedu-
cunt Schophrim, ut denotet Judicem, tamen odiosus vocis usus à pri-
scâ (quam tamen vix in hac voce agnosco) bonitate discessisse viderur;
Ut vox Sophista, olim denotabat Sapientem, quod Pythagoras fere su-
stulit, qui tantum Deum sapientem esse dixit, unde hodiè per usum illû
denotat, qui fictam sapientiæ speciem jactat ac fallacis ludit, Cic. in Tu-
scul. questioni. itaq; ex usu voces vim accipiunt, & honestæ sæpè pro in-
honestis accipiuntur.

III. Originem inter Nobiles ac Ignobiles, ad Jus Civile referunt
communiter, *Matt. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. memb. 2. n. 13.* Quorum certe
argumenta fragili nituntur fundamento, quod inspicienti facile patebit,
Quod autè Nobilitas potius sit Juris Gentium, quam juris Civilis pro-
batur ex definitione juris Gentium, utpotè quo omnes illos actus refe-
rimus qui à sanioribus hominibus cum ratione suscipiuntur *l. 9. ff. de J.*
& J. §. 1. J. d. J. N. G. & C. quamvis itaq; certa nobilitandi forma sole-
mnis, quæ in Imperio nostro observatur, apud alias promiscuè gentes
non sit in usu, attamen factum nobilitandi, apud omnes peræquè ob-
servatur; Apud *Turcas* quamvis non insignia gentilitia ac heredita-
ria nobilitatis observentur, attamen in præmium virtutis multi nobili-
tantur, Quales sunt, *Sangiachi, Bassæ, Vesiri*, qui ex *Janizzaris, Spachiogla-*
nis, Solustris ac *Illufagis* elignuntur, *Renat. de Lusig. de increm. conser. & oc-*
cas. Imper. l. 2. c. 2. & 5. *Mosci* habent suos *Bojares & Gnesos*, *Tartari*
habent *Goracejos, Ulanos, ac Murzas*; *Hispani, Hidalgas. Egyptii*

Mammalucos. Poloni habent *Castellanos*, *Wwayvodas* &c. Romulus cum primum Romam ædificarat, genere, virtute, ac opibus abundantes fecerit ab obscuris, egenis, ac humilibus. *Dionys. Halicar. l. 2. Alex. ab Alex. l. 5. c. 18.* & inferioris fortunæ homines *Plebeos* vocavit, potiores vero, *Patres ac Senatores*, *Isidor. l. 9.* Unde Jus Patronatus ac clientela-re apud eosdem ortum est, *Johan Rosin antiq. Rom. l. 1. c. 16. Liv. l. 1. Ex-* actis deinde Regibus populus Romanus in tres ordines fuit divisus, Nempe, *Senatorium*, *Equestrum* ac *Popularem*, unde *Liv. l. 26.* Consensum Senatus, *Equester* ordo secutus est; *Equestris* ordinis plebs. Tandem cū Jura Imaginum essent introducta, fuerunt *Nobiles* qui Majorum suos rum imagines habuerunt, his contra distinguebantur, *Novi Homines*, qui propriā virtute imagines acquisiverant, inde *Marius* apud *Salust. in bell. Jugur. p. m. 113.* contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam: & paulo post; Non possum fidei causa imagines, neq; triumphos, aut consulatus majorum meorum ostentare &c. Ac *Ignobiles* qui nec majorum, nec suas habuerunt imagines, *Johann Rosin. de Ant. Rom. l. 1. c. 10.* Distinctione inter *Nobiles* ac *Novos* sublatā, in moderno nostro imperio *Nobiles* dicuntur qui vel Majorum insignibus corruscant, vel ipsi legitimè primo insignia acquisiverunt, tales in Gallia dicuntur *Gentils hommes*, in Italiā, *Gentil huomini.*

IV. Quamvis *Nobilium* appellatione generali etiam *Duces*, *Comites* ac *Barones* veniant, ut *Pontifices* in more habent etiam *Status* ac *Proceres* Imperii, *Nobiles* nominare c. *venerabilem X. de Elect. & Elect. c. grandi de supplenda negli prelat, in 6.* Attamen cum *Pontifex Pius IV.* Anno 1561, ad *Protestantes*, *Electores* ac *Principes*, literas mitteret, hac inscriptione: *Nobili Viro* &c. eas Autoris remisit Legato *Kirchn. de Rep. D. 12. th. 1.* Quamvis itaq; *Nobilium* appellatione in obsoletā significatione denotentur, tamen hodie illud non amplius observatur, speciali itaq; significatione *Nobiles* putamus qui sunt infra *Barones*, & vel natalibus, vel privilegio vel statuto loci nobilitatem acquisiverunt. Communiter omnes *Equites* dicimus *Nobiles* & eorum Ordinem die *Ritterschafft. Ord. Regim. de Anno 1500. tit. wie swanzig Personen S. die andern sechs* & R. J. de Anno 1555. S. vnd in solche Friede/ Attamen speciali loquendi formulā, valde differunt inter se, & majori certe auctoritate pollent *Equites* quam *Nobiles*, sc. *Ritter* vnd *Edelleute* quare in *Recessibus* Imperii, sibi invicem opponunt, R. J. de Anno 1495. tit. von der Einnahm vnd Auflegung/R. J. de Anno 1548. tit. von Bnorden

deutlicher köstlicher Kleidung/ & tit. vom Adel R. J. de Anno 1530. Equites autem rursus sunt duplices: Vel *simplices* vel *cum Adjuncto*, seu *certi ordinis*; Quorum Hi, non nascuntur sed semper fiunt, dicuntur Gallice Chevalier, inde Galli dicunt *un gentil homme naist, mais un chevalier se fait*; Nobilis nascitur at Eques fit. Equites autem certi ordinis sunt vel Seculares vel Ecclesiastici.

V. Inter Seculares maxima autoritate pollet Ordo Equitum Aurei Velleris, qui Germanice dicuntur, Ritter des gülden Stüßes vel gülden Sesses oder Bließ / Qui ordo a Philippo Bono Burgundiæ Duce, Anno 1429. institutus communiter dicitur, vel ut *Meteran. hist. Belg. lib. 1. p. 4.* Anno 1430. Eadem ratione ad Imperatores nostros, qui ex domo Austriacâ sunt pertinet quia Burgundiæ in familiâ Austriacâ, alteram lineam constituit, utpote quâ Maximilianus Mariam Caroli, postremi ducis Burgundiæ, unicam filiam ducendo adauxit Austriam, *Sleid. lib. 1.* Unde etiam provenit quod Reges Hispaniæ, tanquam ex Domo Austriacâ ac specialiter, ex lineâ Burgundiacâ descendentes sint præsides hujus ordinis, qui potestatem habent conferendi dignitatem hanc, *Norderm. de Jur. Princip. concl. 86.* Signum hujus ordinis est: Catena aurea artificiose facta, in extremitate agnum auratum affixum habens. Ab initio numerus Equitum fuit 25. quem tamen deinceps Carol. V. ad 50. usq; extendit, Causa hujus ordinis fuit, benevola animorum conjunctio ad defendendam Ecclesiam instituta. *Munst. l. 3. Cosm. c. 224.* hodie numeri legem, Illustre hoc collegium nescit *Linn. Tom. 4. in add. ad l. 6. c. 2. n. 21.* Symbolum hujus ordinis est: *Pretium non vile laborum.*

VI. Secundus ordo est Anglicanus qui dicitur S. Georgii, seu perisclididis Ritter des Gülden Rosenbandes / quam Eduardus III Rex Angliæ instituit & quidem in honorem Adelheidæ Comitissæ Salisburcensis, quam deperibat; Quæ cum inter saltandum amitteret fasciam cruralem, eam Rex ipse sublevavit, cum autem propter astantium pruricum ridendi, Regina rubore confunderetur, Rex exclamavit: *Honni soit, qui mal' y pense*; quæ verba deinceps in Symbolum hujus ordinis sunt recepta, quoniam paulo post, Anno 1351. Rex hunc ordinem instituit, ac in illum ex univervo orbe Europæo, splendoris, virtutumq; maxime insignes viros elegit, ac ita consortium

illustre ac augustum sodalitium excogitavit. Alii aliam causam impulsivam hujus ordinis producant; Nempe Victoriam contra Johannem Regem Galliaë quem captivum duxit ex prælio S. Georgii auspicio peracto, in quo tessera Anglorum militum fuerit fascia cruralis. Signum hujus ordinis est: Fascia cærulei coloris auro ac gemmis distincta, in sinistro crure, & catenâ aureâ, cujus extremitas effigiem tenet, S. Georgii; Pallio etiam utuntur cæruleo, quibus diebus festis secundum leges ordinis se ornant Thom Smit. de Repub. Angl. l. 1. c. 18. Diversus ab hoc est Ordo Imperatoris Sigismundi, in honorem S. Georgii institutus, quo denotare voluit quod tanquam S. Georgius, scismatum serpentes velit conculcare.

VII. Tertius ordo Equestris à Ludovico XI. Galliaë Rege est institutus Anno 1469. dicitur autem Ordo S. Michaelis Archangeli. continet autem 36. equites, insigne est: *Un collier d'or fait, à coquilles doubles, assises l'une sur l'autre, & laées de laqs de soye à fers d'or sur chainettes, ou mailles de mesme, au bas est attachée la figure de S. Michael armé*: Nempe collare seu torques conchis distinctus, in cujus extremitate dependet imago S. Michaelis armati. Plures ordines seculares propter propositi brevitatem omitto

VIII. Inter Ordines Ecclesiasticos merito primò loco ponitur Ordo S. Johannis, unde Johannitæ dicuntur, qui olim erant Equites Rhodii, ex quâ insula Anno 1523. à Solymanno Turcarum Tyranno ejecti, à Carolo V. Anno 1529. Maltham Insulam dono acceperunt, unde hodie dicuntur Malthesii, qui contra Turcas, piratasq; pugnare semper debent esse parati, quamvis sub Regulâ Augustini vivere, perpetuam castitatem ac paupertatem jurare teneantur. Pro Patrono habent Johannem Baptistam; Horum Equitum robur ac fortitudo Anno 1565. maxime innotuit quando Insulam Maltham maximo conatu à Turcis petitam, strenue defenderunt cum intermissione 36000 Turcarum. Meteran. in Hist. Belg. l. 2. p. 74. Insigne horum est quod in sinistra parte pectoris crucem octangularem albam gerere teneantur, ac indies 150. Patres Noster orare. Henr. VIII. Angliaë Rex hujus ordinis bona omnia confiscavit in suo Regno.

IX. Hos sequitur Ordo Teutonicus cujus Equites dicuntur Hierosolymitani seu Mariani, Germ. des Teutschen Orden Ritter

Magister cujus ordinis praefes dicitur **Magister Teutonicus**, Germani-
den teutschen Meister/ oder Hochmeister aus Preussen constat enim hic
ordo ex meris Germanis R. J. de Anno 1500. tit. vom Hochmeister aus
Preussen / & tit. seqq. p. 59. originem autem habuit Anno 1190. Hiero-
solyms ubi Germanis peregrinantibus ac egenis militibus in obsi-
dione Aconae seu Ptolomaidis, primo Xenodochium seu Hospitale
sub tit. B. virginis Mariae erectum fuit, qui autem ibi recipiebantur pro-
mittere debuerunt quod & vivere velint sub regula D. Augustini, ac ca-
sticitatem & paupertatem simul servare & contra infideles dimicare, po-
steaq. Celestinus III. Papa, Anno 1191. hunc ordinem confirmavit ac in-
super constituit, ut alba chlamide induti, ab utraq. parte nigram crucem
haberent; Missam etiam accincto gladio celebrare possent, Barbam non
tonderent, & supra saccum (regula jubente) stramine impletum dor-
mirent, cum autem à Saracenis praedictum illorum Xenodochium
quod Aconae fuit, fuisset expugnatum Anno 1220, magna illorum pars
in Germaniam reverfa est, ac Imperatoris Friderici II. consensu, viginti
millia in Prussiam venerunt, ac ejectis inde Gentilibus, Mariaburgi
Magister refedit, donec Anno 1519. post multos Polonorum tumultus
trigesimus quartus illorum Magister, qui fuit Albertus Marchio
Brandenb. cum Sigismundo Rege Poloniae a vinculo suo, cui Juramen-
tum fidelitatis denegabat diuturnum ac acre bellum gessit, in quo cum
viris Rege effer inferior, eidem fidelitatem juravit, ac Borussiae Dux
creatus est, itaq. in principatum secularem cessit Sedes illa Ordinis Teu-
tonici, *Sledan. l. 20. p. m. 343.*

X. Abundavit hic ordo quondam maximis divitiis ac bonis, ita
ut exteris saepe merum ac terrorem incusserit, sed maxima ex parte ho-
die privatus est illis bonis, partim à Pontifice qui optima praedia in Ita-
lia ac conjunctis Regionibus sita, ipsis ademit, ac Cardinalibus & suis
affectis concessit, partim à Rege Poloniae ut priori thesi probatum, su-
per sunt quidem in Imperio nostro varia bona, verum hinc inde disper-
sa. Unus huc dum remansit primatus in inferiori Britannia, dicecesos
Venettensis. Et ut semper maximum fuit hujus ordinis robur dummo-
do ingentia saepe pro defensione Christiani nominis subjerunt peri-
cula, ita etiam Ordinis hujus Teutonicus Magister inter Imperii prima-
rios status merito refertur, siquidem & in Comitibus Imperii medium
locum obtinet inter Archiepiscopos & Episcopos *Linn. T. 4. in addit*

ad

ad l. 6. J. P. c. 2. p. m. 17. quamvis in subscriptionibus Reccessuum Imperii saepe hac in parte fuerit variatum Ord. Pol. de Anno 1521. R. J. de Anno 1524. & de Anno 1527. Ubi modo Episcopis ante ponitur, modo postponitur; Tria huic ordini in comitiis competierunt vota: *Unum* tenuit, *der Hochmeister deutschen Ordens in Preussen / secundum der deutsche Meister in Deutschland / Tertium*, *der deutsche Meister in Lieffland / subscriptio in R. J. de Anno 1521. 1525. 26. 30.* Post Magistrum in hoc & superiori ordine sequuntur commendatores die *Commether Reink. de R. S. & Eccl. l. 3. cl. 2. c. 3. n. 42.* Qui bona hujus ordinis varie dispersa pro qualitate loci administrant. Hic ordo singularibus Imperatorum privilegiis varie est ornatus, Fred. II. Wenceslai, Ruprechtii Caroli V. & Ferdinand. II. Insignia hujus ordinis sunt etiam maxime generosa, & à maximis Principibus orta: Crucem auream quam habent, à primo authore acquiriverunt; Fridericus II. Imperator addidit Aquilam Imperii; Ludovicus autem Rex Galliae, quatuor Lilia Anno 1250.

XI. Quam maxima commoda Reipub. accrescere possint ex bene constituto Ordine, qui perpetuo in palestra bellica contra hostes Imperii pro Patria ac Religione excubaret, & privatae & publicae rationes dictitant, siquidem promti semper ac parati pericula belli ac defensionem Patriae audacter subeunt, atque fines imperii ab omnibus iniquis incursionibus tuentur, unde jam dudum in publicis Imperii Comitibus ab Imperatore cum Imperii Proceribus consultatum fuit, de instituendo novo Equitum Ordine, contra Turcam, tanquam perpetuum ac indubiratum Christiani nominis hostem, R. J. de Anno 1576. *S. ferners haben wir / R. J. de Anno 1603. S. wie wir auch ohn vergessen bleiben.* Sed ita in nostri Imperii consultationibus fit ut utilissima vix effectum videant, unde *Aeneas Sylv.* foecundas dixit Germanorum diætas, quoniam quaelibet aliam pariat, ac privata dissidia publica negotia impediunt.

XII. Equites qui extra ordinem in Imperio vivunt sunt primo Nobiles immediati, die *freye vom Adel oder freye Ritterschafft / welche ohne Mittel dero Käys. Maj. vnd dem Reich unterworfen / utpote qui soli Imperatori immediate sunt subiecti R. J. de Anno 1555. S. vnd in solchem Frieden / de Anno 1500. tit. was man mit der Ritterschafft.* Hi Nobiles ratione loci ubi degunt, in tres classes dividuntur *Franconicam, Svecicam & Rhenanam.* d. R. de Anno 1500. & R. J. de Anno

Anno 1542. § demnach haben wirp. 270. Non tamen omnes Nobiles in dictis districtibus degentes, liberi ac immediati Nobiles sunt, sed ij demum tales esse putantur, qui longævâ consuetudine in hunc ordinem sunt recepti, welche vnter die freye Rittertschaft gehören / ac ratione personæ nullum nisi Imperatorem superiorem respiciunt, *Besol. de Ordin. B. quest. in Imp. Rom. §. 5.*

XIII. Quod si vero ex Liberis hisce ac Immediatis Nobilibus fortè alterius Principis Vassallus quispiam sit, ut feudum suum non immediatè agnoscat ab Imperio, aut Imperatore; Non tamen inde immediatus Imperii subditus esse desinit, multum enim interest inter subditum & Vassallum: Ille siquidem Domino suo præstat Homagium, *Ein Huldtung oder Erbsicht*; quod non tam bona, quam ipsam personam obligat *Gail. l. 2. Obs. 35. n. 2. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 23.* & hoc Juramentum à parte ejus qui hoc præstat personalem inducit subjectionem; Hic præstat Domino suo Juramentum fidelitatis, quod potius est reale quam personale, & Vassallum tantum ratione rerum Feudalium Domino obligat, nec eum Judicem nisi in re feudali constituit *2. F. 55. §. fin.* quare non tam Personalem inducit Vassalli obligationem quam Realem *Matth. Steph. de Idict. l. 2. p. 1. c. 7. n. 244. & seqq.* & hoc in Germaniâ nostrâ usitatissimum est, ut quis sit immediatè subditus Imperatoris, quamvis ab aliis Principibus ac Electoribus feudum teneat quod propter diversum respectum Homagii ac Juramenti fidelitatis plane non implicat.

XIV. Hi Nobiles quamvis non sint status Imperii specialiter ita dicti, ut eorum ac sessionem in Imperii Comitibus obtineant, quam propriam notam statum Imperii esse indubitato credimus. *Clusen. in Syll. rer. concl. 26. L. K. Reink. de Reg. secul ac Eccles. l. 1. cl. 5. c. 10. n. 1. Syring de Pace Relig. concl. 40.* Multa tamen cum statibus Imperii communia obtinent, ac maximis privilegiis fruuntur, Illustribusq; annumerantur secundum opinionem *Mench. de A. J. Q. l. 2. c. 1. cas. 70. n. 10.* Gaudent nempe Jure Austregarum, id est, primæ instantiæ ut non statim possint conveniri in Camerâ Imperiali si ab immediatis Imperii subditis in Judicium vocentur *Mysf. c. 1. obs. 89. Nold. th. 155. Ord. Cam. p. 2. t. 3. & tit. 4. in fin. Carpz. ad L. Reg. c. 3. §. 12. n. 10.* ne deterioris sint conditionis quam mediatè Imperio subjecti quibus plures conceduntur instantiæ, *Thom. Mich. de Idict. Imperii th. 38.*

B

& hac

& hac ratione Civitatib. Impériales, quæ generaliter (exceptis paucis quæ vel beneficio vel præscriptione hoc jus acquisiverunt, de quibus *Gail. l. O. l. n. 20. Limn. de J. P. l. 9. c. 5. n. 16.*) hoc Jure destitutæ sunt, anreferuntur.

XV. Jura quoq; habent territorialia die *Landes hohe Obrigkeit* unde sequitur quod etiam gaudeant Pace Religionis, ita ut ipsis non tantum liberû sit vel Pontificiam vel Augustanam Religionem suscipere, verum etiam in Ecclesiis eandem ac Scholis publicis instituere, R. J. de A. 1555. §. 11. in solchem Frieden §. doch sollen alle andere Eademq; potestas ipsis ut aliis Imperii statibus corroborata est, in *Instrum. Pac. Osnaub. §. 6. n. 10. Et VVurmser. in Exerc. J. P. D. 5. th. 4.* putat, quasi nihil interfit sive feudum teneant mediate, sive immediate ab Imperio, quoniam hæc potestas ipsis nõ competat ratione glebæ, sed ratione personæ, & hoc *Pacis Instrumento §. 6 n. 14.* esse corroboratum præten dit, quod audacter non audeo affirmare, si textus inspexero, quare in præjudiciali quæstione potius taceo, nec effuso sermone in promptum periculum incidam *arg. l. ult. C. de dot. prom.*

XVI. Sequntur jam ratione ordinis Nobiles Mediatî, qui in specie tales communiter dicuntur, Germ. *Edelleute*. Hi autem Nobiles ratione diversarum provinciarum, variæ sunt conditionis, & alii aliis ratione privilegiorum longe digniores; Generalis divisio desumitur ex naturâ Territoriorum quæ possident, unde alii possident bona Feudalia, alii Alodialia, In genere tamen præsertim in his locis communiter sunt omnes *Landfassen*, seu homines Jurisdictionales & ratione omnium bonorum tam feudalium quam alodialium superioritati territoriali subjacent, quibus tenentur ad certa servitia præstanda & collectas solvendas, & in eorum Judiciis comparere *Matth. Steph. de Iudic. l. 2. p. 1. c. 7. memb. 2. n. 130.* unde etiam dicuntur Nobiles mediatî, quoniam ordinibus immediatis subsunt & ita mediate ad Imperium pertinent, *Justm Syring. de pace Rel. t. 10. Limn. l. 6. c. 4. n. 2.*

XVII. Hæc de distinctionibus Equestri ordinis pro modo instituti sufficiant, jam ad causas nobilitatis progrediendum est, quas ordine videbimus, primum itaq; secundum naturæ ordinem causa efficiens est explicanda: quæ duplex est, Nativitas ac Privilegium.

XVIII. Nativitate fiunt Nobiles, qui beneficio majorum suorum nobilitatem consequuntur, quoniam per continuam seriem sanguinis digni-

dignitas in posteris continuatur, siquidem ut elegantur loquitur *Cicer.*
pro Sextio: Omnes boni semper nobilitati favemus, quia utile est Reipb.
nobiles esse homines dignos majoribus suis, quia valere debet apud nos
clarorum hominum senex de repb. meritorum memoria, etiam mor-
tuorum; Et hi semper præsumuntur aliis ingenio prævalere, quoniam
fortes creantur fortibus & bonis, unde etiam apud majores in maximo
semper honore ac pretio fuit, Generis nobilitas, quoniam præstantissi-
mi quique ex præstantissimis nascuntur, *Arist. 3. Pol. c. 8.* quare Maximi-
nus Imper. uti fuit rerum Politicarum perversissimus æstimator, ita &
in hoc maxime hallucinatus est, quod nobiles circa se nullos unquam
passus sit. Maxime tamen requiritur, ut hisce etiam majorum virtus
insit, *Lips. lib. 5. Pol. c. 1.* quoniam turpe est majorum factis gloriari &
tamen illorum virtutes non imitari, nihil enim illi quem sordidant de-
pravati mores prodesse potest generosissimarum generatio clara, quo-
niam acceptam à majoribus lucem, in dedecus devolvunt, unde Poeta:

perit omnis in illo.

Nobilitas cuius Law est in origine solâ.

XIX. Non itaque naturalia quæ ortum tantum respiciunt, suffice-
re debent, nisi accedat generosus etiam animus ad Reipub. munia apte
natus ac educatus. Ut autem quis genere Nobilis sit, sufficit de Jure
Civili ut Patrem solum habeat nobilem, Matrem quamvis plebejam,
l. 19. ff. de stat hom. l. 22. C. de decur. l. 10. ff. de senat. l. fin. C. de nuptiis. l.
mulieres C. de dignit. quia Fœmina corrumpat radiis mariti, ejusque privile-
giis gaudet *Nov. 105. c. 2. l. 2. C. de Ep. & Cler. l. ult. C. de injur.* Attamen
si matris nobilitas cum paternâ concurrat, longe splendidior evadit
filii dignitas, quoniam omne compositum participat de speciebus sim-
plicibus. Et hac ratione in Germaniâ maxima ratio est, ut quis ab
utroque parente nobili sit procreatus & quidem ut sedecim possit de-
monstrare generationes, das er 16. Ahnen habe/alias non facile admittit-
tur in superiora Capirula in die hohen Stiffter/nec ad Torneamenta zum
Turnierplatz: Quæ ut Juventus nobilis ad militaria arma promptior
fieret, ab Henrico Aucupe in Imperium nostrum sunt introducta, *Limn.*
Lib. 6. c. 5. n. 9. & seqq. Nolden. de Nobil. th. 62.

XX. Ut autem filius nativitate ac virtute paternâ nobilitatem ac-
quirat, nihil interest sive ante dignitatem à Patre acquisitam, sive postea
sit natus, aliter ac putat *Niell. Diss. F. ult. §. 2.* quoniam senatoris filius

B. 2.

est

est qui natus est antequam Pater fieret Senator l. 5. ff. de Senat. l. n. C. de dign. l. 61. C. de decur. l. 8. C. de off. divers. Jud. Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 22. aliud enim est Nobilis filium esse & aliud ex Nobili patre natum arg. l. 2. C. de libert. & eor. lib. Hotom. Ill. Quest. 2. Aliter autem ex modernâ cōsuetudine est concludendū, ut si bastardus per subsequens matrimonium legitimerur: Quamvis de Jure Civili, ac æquitate, pari jure cum aliis liberis succedat etiam in bonis feudalibus, quia eo ipso dum subsequitur matrimonium intervenientibus tamen instrumentis dotalibus sunt legitimi, tam de Jure Civili quam Canonico l. 10. n. C. de naturalib. liberis Nov. 74. pr. Nov. 89. c. 8. 9. c. tanta X. qui fil. sum leg. nec refert etiam si matrimonium in articulo mortis sit contractum arg. l. 30. de R. J. l. 27. C. de nupt. l. 106. de condit. & demonstr.

XXI. Cum autem Patris nobilitas filio legitimo in consequendâ dignitate ac privilegio Nobilium sufficiat, maxima inter Jurisconsultos oritur disquisitio? An adoptio patris nobilis, etiam filio plebejo nobilitatem conferat: quod affirmat Arum. Exerc. Inst. 2. q. 21. Hun. lib. 1. var. resol. tr. 3. q. 33. quibus vix absolute astipulari possumus, quoniam 1. filius adoptivus patri in feudum succedere nequit. 2. F. 26. §. adoptivus, Unde non difficulter probatur dignitatem patris ipsi nō prodesse, 2. Nobilitas per nativitatem ideō ad descendentes transit quod in iis igniculi paternæ virtutis profumantur, adoptio autem non inducit jus sanguinis sed tantum jus agnationis l. 21. ff. de adopt. §. 4. Inst. de adopt. l. 2. ff. unde cog. l. 16. §. ult. de castr. pec. ergo etiam generosi sanguinis spem præcludit, 3. quia jus nobilitandi inter maxima Regalia refertur, quorum exercitium sine crimine læsæ Majestatis temerario conatu sibi nemo attribuit l. 3. ff. ad l. Jul. Maj. quod tamen limitare possumus si filius ab avo maternō nobili adoptetur, quoniam hac ratione naturalia ac civilia jura concurrunt. l. pen. C. de adopt. §. 2. Inst. eod. Niell. Diss. Feud. ultim. th. 2. L. 6.

XXII. Causa Efficiens Civilis, est Majestas, seu ipse qui proprio nomine Majestatis jura exercet, aut qui per speciale superioris privilegium hanc nobilitandi potestatem consecutus est, quoniam hoc jus ex naturâ majestatis profluit, eidemq; semper est connexum; unde dicitur jus majestatis, ac inter eadem maxime refertur Tiraquell. de Nobilitat. c. 6. qui itaq; propriâ autoritate nobilitatem falso sibi assumpserit Crimen Læsæ Majestatis utiq; incurrit l. 3. §. ult. ad l. Jul. Maj. Carpz.

ad

ad L. Reg. c. 3. sect. 13. n. 48. dubium itaq; nullum est quod in omni Re-
publica quæ superiorem non agnoscit possint creari Nobiles, quoniam
etiam alia libera Respb. eadem jura vigore majestatis seu summæ ac per-
petuæ potestatis obtinent, quæ habet Imperium Romanum.

XXIII. In Imperio nostro Germanico insignia dare nobilitatis,
jure proprio penes solum est Imperatorem l. 5. C. de divers. rescrip. l.
2. l. fin. D. de natal. rest. l. 3. C. de consul. c. cum redemptor 12. q. 2. Sixtin.
de Regalibus c. 2. n. 26. ab eo enim tanquam à suo fonte ac principio scatu-
runt omnes dignitates. Gail. l. 1. Obs. 30. n. 21. Knich. de Saxon. non prov.
Jur. verbo Ducum c. 1. n. 2. & eo major etiam censetur omnis dignitas,
quo majoris est, qui eam concedit l. 2. ff. de alb. scrib.

XXIV. Sequitur ut de iis etiam disseram qui non quidem proprio
jure, verum ex concessione Imperatoris hac potestate fulgent, inter quos
primò collocatur Rex Romanorū, si extiterit ac Imperatori superstiti
adjunctus sit, quoniam is administrationem Imperii proprio jure non
obtinere, ut probatur, O. C. part. 2. tit. 18. in fin. siquidem nec Jurisdic-
tionem aut ullam aliam potestatem vivo Imperatore proprio nomine ipsi
competere, probat sufficienter Capit. Rud. II. Max. II. Ferd. II. §.
wir sollen vnd wollen vns auch seine Regierung ubi cuncta quæ ad ma-
jestatis Jura ac administrationem Imperii pertinent, sine consensu Impe-
ratoris non suscipere promittit, quare perperam dissentit Limn. l. 6.
c. 1. n. 30. per R. J. de Anno 1548. §. wie wol auch in der pag. 355. quoniam
nullatenus ibi Imperatoris consensus excluditur.

XXV. Secundo Rex Bohemiæ in suo territorio Limn. d. l. n. 32.
Tertio, Archiduces Austriæ qui cum omnes alios Imperii Princi-
pes ac Status privilegiis, eminentiis ac dignitatibus præcellunt, etiam in
hoc maxime corruscant, quod non tantum possint Nobiles, verum etiam
Comites ac Barones, de novo creare, uti hoc probat privilegium à Ca-
rolo V. Imper. ipsis confirmatum §. auch daß sie ihre Erben &c.
Quarto Comites Palatini Rheni, quos etiam privilegio speciali hoc
jus acquisivisse docet Cluten. in syll. rer. concl. 24. Freber. ad Pet. de Andl.
l. 2. de Imper. Rom. c. 11. Quoniam autem speciale privilegium requiri-
tur ut quis in Imperio nostro præter Imperatorem nobilitare possit
præsertim cum in A. B. generalis hæc potestas promiscuè omnibus Stati-
bus non censetur esse concessa, non video quomodo cum Vult. de feud.

l. 1. c. 8. n. 10. & Nolden. de statu Nobil. ib. 18. Brautl. Epit. J. P. l. 4. c. 5. n. 11.
hoc affirmare audeam, cum alias frustra hoc Jus quibusdam specialiter
esset concessum, si alias hoc obtinuissent *arg. l. unic. C. de thesaur.*

XXVI. Quinto sunt *Comites Palatini Casarei*, qui ex speciali Im-
peratoris privilegio in Imperio nostro hoc titulo fulgent, quamvis de
Palatinatu non sint investiti, Germ. *Pfalzgraffen oder Richter des Käy-
serlichen Hoffes*. Quos communiter appellare solemus: *Comites sacri
Palatii Lateranensis, Aulae Casareae ac Consistorii Imperialis*, Quorum
jura ac potestates ex gratiosa concedentis voluntate merito conside-
rantur, cum alii majoribus privilegiis, alii minoribus soleant esse deco-
rati, ac communiter quidem Notarios ac Poetas laureatos creare pos-
sunt, quidam tamen majori fulgent facultate ut possint creare Nobiles,
Doctores, Magistros &c. Et ab iis cautè peractum, ab ipso Imperatore
censetur effectum esse vigore diplomatis Imperatorii.

XXVII. *Causa materialis* nobilitatis ex objecto ejus censetur esse
duplex, in quo & ex quo.

XXVIII. *Objectum in quo*, est homo ad nobilitandum idoneus
quemadmodum itaq; non ex quovis marmore erigenda est Jovis Statua,
ita nec ex quovis homine formandus est Nobilis *arg. l. 31. ff. de solut.*
non itaq; etiam ex homine virtute vacuo creandus est nobilis, meren-
tibus enim & nullis virtutis contaminatis tribuenda est dignitas ac virtutis
præmium *l. 11. §. 1. l. 37. ff. de mun. & hon. l. 4. C. de Stat. & imag.* quia
dignitas malis tributa, dignitas non est *Salust. in Jugurt.* & maxima inde
oriuntur Reipb. incommoda quando vani homines paricum virtuosus
honore fruuntur *arg. l. 4. ff. quod vi aut. clam.* Magnas tempestates in
Gallia movit Ludov. XI. quando Sutori fecialis officium, & Tonsorile-
gati vices demandavit; Dum enim hic præter morem, inusitato modo
in legatione Burgundiaca procedebat, non sine maximo ludibrio à Se-
natu discedere jussus est *Comin. l. 8. p. m. 592.* & cum in Gallia milita-
ris torques etiam vilissimis hominibus concederetur, proverbium or-
tum est: *l' ordre de france, est un Collier de toutes bestes*, unde etiam Car-
rol. V. quamvis alias laudatissimus Imperator, tamen in hoc maxime
carpitur, quod post actum coronationis, plurimos cujuscunq; nationis
viros promiscue nobilitavit *Hartm. Maurus, in Coron. Car V.* Et Henricus
IV. Galliarum Rex omnes suos ministros aulicos nobiles esse, Nobili cuidam
cum infimo ac vili quodam ministro, duello certare recusanti respondit

Limn.

Limn. ad Capit. Car V. p. 205. Et inter causas quare Henricus IV. Imperatoriam dignitatem privatus sit, etiam Cuspinianus in vita ejus refert, quod Nobiles oppresserit ac ignobiles extulerit.

XXIX. *Materia seu objectum ex quo*, est Virtus, unde veteres Germani Laudantur à Tacit. *de morib. Germ. p. m. 588.* quod Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumebant, Solâ itaq; virtute nobilitas vera comparatur *c. illud. dist. 40.* animus virtuosus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione supra fortunam licet surgere, *Sen. l. 5. Ep. 44.* qui ergo Nobilis, virtute propria caret, genus tantum jactat suum, nihil proprium; miserum autem est aliorum factis duntaxat incumbere, pulcrum autem proprio vitæ genere nobilitatem mereri, qui enim honesto loco nati sunt, egregium virtutis ac temperantiæ specimen præbere debent ut majorum suorum luce magis resplendeant, dum enim nobili genere adjungitur virtus, splendet eò magis, sicut in auro emblema inclusum, unde magis hominum nobilitas ex propriis actionibus & reb. gestis quam majorum laude aestimanda est, ut eleganti *Sat. 8. Iudit. Juvenal.*

Tota licet veteres exornent undiq; cere.

Atria, nobilitas sola est atq; unica Virtus.

Unde patet quod non tam loci aut generis nobilitas delectet, quam illa, quam quisq; virtute acquisivit *d. c. illud. dist. 40.* omnis enim virtutis laus in actione consistit *Cic. l. 1. de off. p. m. n.* quæ etiam longè fortior est, illâ, quam quis per alium possidet, Parentes itaq; hoc agere debent ut gliscerent virtutis igniculos bona educatione excitent, siquidem prudentiores eos nasci præsumitur.

XXX. *Virtus* quæ nobilitatem meretur vel *Togata* est, vel *Militaris* *Togata, est prudentia consultandi de iis quæ ad salutem populi pertinent*, qui autem scientiâ politicâ pollet, ille non minus præsidium Patriæ est quam si quis armis eam defendat, *arg. l. 14. C. de Advoc. div. jud.* Domesticæ namq; fortitudines, non minores militaribus, nec minorem utilitatem afferunt qui togati Reip. præsumunt, quam qui bellum gerunt, parvi enim foris sunt arma, nisi consilium sit domi *Cic. de offic. lib. 1. p. m. 35.* Nam pleraquæ in summâ fortunâ tam auspiciis ac consiliis, quam telis ac manibus geruntur, *Tacit. l. 13. Ann. c. 6.* legalis enim scientia est res sanctissima ac laudabilis *l. 7. §. 5. ff. de extraord. cog. l. 4. C. de Advocatis divers. Jud. Coth. Resp. Acad. 28. n. 16.*

XXXI. *Virtus militaris est fortitudo*, quando quis pro Patriâ honeste

mor-

mortem oppetere non detrectat *Arist. lib. 3. Eth. c. 6. & 7. Cic. libr. 1. de off. p. m. 31.* Dulce siquidem ac decorum est pro patriâ mori *Hor. lib. 3. od. 2.* & qui pro Patriâ occumbunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur *pr. Inst. de Exc. tutor, Splendidissimumq; genus mortis esse, pro Patriâ mori, testimonio Solonis probat Herodot. l. 1. Hist. Xenoph l. 2. & 4. Hist. Græc. & Cic. Phil. 14.* O fortunata, inquit, mors, quæ natura debita, pro Patriâ est potissimum reddita. Hi enim revera nobiles sunt qui non tantum sibi, sed etiam Patriæ natos esse credunt, ac pro eadem tuendâ, etiam mortem non timent, unde Romani virtutem ipsam fortitudinis nomine denotarunt & præclarius nihil mortalibus evenire posse crediderunt, honestâ mortem, illorum, qui se ultro periculis objiciunt pro communi salute, Patriæ libertate, Principisq; incolumitate *Francis. Patrit. de Inst. Reg. lib. 7. t. 2.* Et hæc virtus, rectè promeretur nobilitatem, unde etiam nobiles vocantur *Ritter*, quod pro patriâ dimicando conservant eandem, atq; adeo mortem omnium terribilium terribilissimum pro publico bono contemnunt *Arist. 3. Eth. c. 7.*

XXXII. Dum autem veram Virtutem, materiam perfectissimam nobilitatis monstravi, facile quisq; concludere poterit, quod illi qui scelere aliquo nobilitatem quærunt, eâ se indignos reddant, siquidem nobilitas quæ virtutis præmium esse debet, ex scelestissimo conatu non promanant; Hæc spe deceptus Civis quidam Constantinopolitanus, qui proditione voluit clarior fieri, Urbem Constantinopolim Mahometi prodidit, hoc pacto: ut filiam Mahometis in matrimonium acciperet, cum summâ dignitate, cum autem scelestissimus conatus ipsi cederet, promissum postulavit, sed dignum reportavit præmium, nempe Rex violento proposito potitus, ut promissa servaret, ex Christiano Turcam facturus, per carnificem ipsi cutem detraxit, ut acceptâ novâ cute aptior novæ Sponsæ fieret, *Cusp. in vita Const. VIII. n. 4.* Et Philippus II. Hisp. Rex, Anno 1580. publico edicto 25000 coronatorum ac nobilitatem promisit, si quis Wilhelmum Principem Auracum vivum, aut mortuum possit sistere *Meyer. Hist. Belg. lib. 10. p. m. 402.* quæ facta certe non merentur virtutis præmium, quoniam illi quem scelus noscibilem facit, non debent patere portæ dignitatis *l. 2. C. de dign. l. unic. C. de insam.*

XXXIII. Quoniam duo tantum posui principia ex quibus dignitas

tas nobilitatis acquiritur, non debent Principes promercialia hæc facere opera, & ex gratia ac muneribus quosvis creare; Excludimus ergo Mercatores, qui quamvis divitiis abundant, tamen hæc nullatenus merentur decus nobilitatis, quia ad propriam ejus qualitatem non pertinent, pecunia enim ex terrâ originem trahit, quæ possessorem non faciet meliorem, quia sæpe hominibus sceleratissimis atq; in Republ. inutilibus contingit, virtutis autem nomen non meretur, quodcumq; non facit meliorem eum qui possidet *Cicer. in Parad. non autem sequitur consequentiâ necessariâ: Dives est: Ergo Virtuofus aut Nobilis, arg. l. 3. C. de Commere. l. 7. C. de incest. & inut. nupt. Arist. 4. P. 4. Ad adquisitam verò nobilitatem maxime requiruntur, non enim conferunt Nobilitatem, sed legitime collatam maxime exornant, Nobilitas enim sine divitiis est tanquam Doctor sine lege, ac Canonicus sine præbenda *Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 58. Nolden. de Stat. Nobil. n. 142. Deinceps multo fortius excludimus Opifices: quales sunt, sutores, sartores &c. Unde Maxime notatur Sixtus V. Pontifex qui Anno 1586. Dominicum fontanam ingeniosum architectum nobili dignitate donavit, *Thuan. l. 85. Hist.***

XXXIV. Sequitur *causa formalis* seu ipse actus nobilitandi, non enim sufficit ut quis sit meritis nobilitatem, sed insuper actus declaratorius requiritur, nempe, exemptio ipsa ex plebejorum conditione *Matth. Steph. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 28.* Ita ratione formæ requiritur voluntas & actus ejus qui nobilitandi potestatem habet. Actus autem nobilitandi vel est *Expressus* vel *Tacitus*. *Expressus* est, quando Princeps expressis verbis ac solennibus, vel etiam per collationem diplomatum voluntatem suam declarat *l. 3. §. 2. C. ubi Senat. vel Clar. Beim einer wegen seiner tapferen Thaten zum Ritter geschlagen wird/ oder wenn einem ein Wapen Brieff mitgetheilet wird.* Prior modus nempe expressus qui in solet. *vein actum deducitur, etiam adhuc hodie à Regibus ac Principibus observatur, præsertim quando creantur Equites Aurati, ut gladius evaginatus illis tradatur eorumq; humeri leviter eo perstringantur, cum commonefactione, ut justitiam foveant, *Cam. mediat. hist. Cent. 1. c. 76. Thom. Schmid. de Repb. Angl. l. 1. c. 18.**

XXXV. Posterior modus concessio insignium, est hodie communiter observatus & usitatus: Ut nempe illi quem Imperialis splendor dignum judicaverit dignitate Nobili, concedantur diplomata ac insignia nobilia *Wapen mit offenen Helm; Insignia autem proprie definiuntur:*

C

Hi

Hieroglyphica breviter accompendiosè factum egregium indicantes, in memoriam eorum quæ gesta sunt; Quoniam autem hodie non semper propter egregium meritum insignia conceduntur, ex moderno usu melius definiuntur, Quod fiat: signa summi Principis auctoritate alicui concessa, vel propria voluntate assumpta, ut familiam à familia, ac personam à personis distinguant. Guid. Pancirol. variar lect. l. 1. c. 9. Unde Ovid. l. 9. Metham.

Cum pater in capulo, gladii cognovit eburno

Signa sui generis.

Et Virg. l. 7. Aeneid.

Clypeoq; insigne paternum

Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus Hydram.

Insignia autem vel conceduntur à summo Principe; de cujus iudicio dubitare sacrilegium est l. 3. C. de Crim. sacril. Vel ab iis, qui eam potestatem Speciali privilegio à Principe tenent, qui enim habet jus nobilitandi idem ille jus habet Insignia concedendi. Vel propria auctoritate adsumuntur, quod licitum esse inde haud difficulter probari potest: Quia quis, si citra fraudem fiat, Nomen suum mutare potest l. un. C. de mut. nom. ita etiam insignia utpote quæ inventa sunt ad cognoscendas familias l. 3. C. de fabric. quare simplicium insignium mutatio, vel assumptio omnino libera est. Attamen cum hoc temperamento, ne fiat fraudulose & ut abstineat quisq; ab aliorum insignibus hereditariis, uti etiam insignibus Nobilium, nempe galeam perforatam aut coronatam Limm. l. 6. c. 6. n. 46. nam & olim Magnates insignia galeam scuto super impositam ornabant, unde Virg. l. 7. Aeneid. Turni Galeam ac Clypeum describit,

Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram

Sustinet, Ethneos efflantem faucibus ignes.

Doctores tamen sine speciali Imperatoris concessione insignia nobilitati usurpare possunt, modo abstineant à certæ familiæ propriis Arum. de J. P. V. 3. p. 799. Dan Otto c. 19. Insignibus vero alienis utens, falsi tenetur l. 27. ff. ad L. Cornel. de fals. Si vero insignia Principis usurpaverit, Crimen Majestatis non effugit, l. pen. C. de div. reser. l. 1. C. qui res vendi non poss. Pancir. d. 1.

XXXVI. Sequitur tacitus nobilitandi modus: ad quem primo refero, si mulier plebeja, nubat viro nobili, Fœmina enim corruscat privilegii ac radii mariti Nov. 105. c. 2. l. 8. ff. de Senat. l. 10. l. ult. C. de nupt. l. 2. C. de Episcop. & Cleri. Quà ratione autem Nolden. de Stat. Nobil. &

Alii

Alii hunc casum inter expressum nobilitandi modum referunt, Ego certe dubito, præprimis cum actus nobilitandi non sit in potestate privati, sed ejus qui habet exercitium Jurium Majestatis, quibus privatus sine crimine Majestatis, uti nequit *l. 3. ff. ad l. Jul. Maj.* quare potius hunc nobilitandi actum tacitis modis ascribo propter defectum expressarum solennitatum, Nulla siquidem hic est Nobilitandi solennitas quando mulier familiam mariti sequitur, ac ejus honoris sit particeps, quoniam præter voluntatem ejus qui nobilitandi facultate pollet, in expressâ dignitatis concessione etiam solennitas actus requiritur, qui hic deficit, & proinde Mulier plebeja, eatenus Nobilis evadit, quatenus cum Marito unum corpus efficit, non vero absolute, sed à Viri honoribus participat. *l. 13. C. de dignit. l. 6. §. 1. ad municip.*

XXXVII. *Secundò* si Princeps aliquem Consiliarium aut Cancellarium assumserit. *l. omnium C. de testamentis l. 2. pr. C. de LL. l. 12. C. de digni. l. 7. §. ut qui ff. de dign.* Inter hos referuntur ii, qui præsent in Judiciis Imperii Hoff vnd Cammergerichts Râhte / qui sunt Imperii Senatores. Consiliarii enim cum ipso Principe unum corpus constituunt *l. 5. C. ad l. Jul. Maj. l. 1. C. de dom. & prot. l. ult. C. de excusat tutor*, unde Parentes Principum vocantur *l. 17. de Jur. pat. l. 4. C. de Jur. & fact. ign. §. 4. J. quib. m. Jus pat. l. 4. C. locat.* Et hoc longe facilius affirmari liceat de Cancellariis Principis, propter arduum munus quod gerunt *l. 2. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12.* Nam Princeps Cancellarium suum ad responsa sua eligit, ejusq; fidei secreta consistorii committit, & qui desideria supplicum Principi refert, ac jussâ Principis peragit *Bris. & Calap. in Lexic. Jurid.* quare etiam supremam in aulis tenet honorem, unde etiam præfertur Marschallo Aulico, Dem Hoff Marschalek / quamvis antiquiori familiâ, hic præ illo sit cretus, quoniam officii dignitas hoc postulat, quæ proxima est Principi, honoris autem augmentum, labore ad unumquemq; convenit devenire *l. 14. in fin. C. de Re milit. l. 1. C. de agent. in reb.* quare is cæteros gradu antecedit, quem labor prolixior fecit antecire *l. 1. 2. C. de Off. Mag. Off. O. Pol. de Anno 1530. tit. vom Adel / §. vnd so ether arg. c. 4. A.B. quod & in aliis Rebuspb. observatur Thom. Smith. de Repb. Angl. l. 2. c. 2. Bodin. l. 3. de Repb. c. 6. n. 323. Contaren. de Repb. Vener. lib. 5.* unde in Poloniâ, Daniâ ac aliis Regnis externis, hodiè nulli alii hoc officium comittitur, nisi sit ex Ordine Nobilium, *Kirch. de off. & dign. Cancell. l. 3. c. 3.*

XXXVIII. Tertiò si Doctoratus vel Licentiatas dignitas in Jurisprudentiâ (quippe justitia virtus est nobilitatem exigens) Auspicio Imperatorio alicui conferatur; Hi enim revera inter Nobiles censentur, quod probatur expresso Juris textu, in quo vocantur Nobiles *l. 7 C. de post. l. 2. §. fin l. 4. §. 1. ff. de excus. Tut. l. 2. §. 9. C. de V. J. E. c. 3 X. de Magist.* Et Principibus Amici *l. 4. C. de contrab. Stip. d. l. 17. de Jur. Pat.* per collationem enim gradus Doctoralis, Imperator eos eximit ex plebejâ conditione *d. l. 4. de exc. tut. l. ult. C. de Comit. rei mil.* Non enim pro Imperii salute duntaxat militare creduntur illi, qui gladiis, thoracibus, & clypeis utuntur, sed etiam hi qui sunt Doctores & causarum Patroni, utpotè qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitas, ac Posteròs defendunt *d. l. 14. C. de Adv. div. Jud.* Et certè Doctores habent suas proeminentias, quas non habent Nobiles, dum Principes in Germanico idiomate illos non aliter vocent quam in plurali numero, *Jhr/ Euch/ Nobiles* ut plurimum, *du/ dir/ Nolden. de Stat. Nob. th. 36.* Ita etiam in Legibus Imperi Vestiaris pari cum Nobilibus gaudent præeminentiis *R. J. de Anno 1500. tit. von Ubersüssigkeit der Rleyder/ §. item sollen Jedermann* cum seqq. *th. Pol. de Anno 1503. 1548. 1577. tit. 12.* Lubens tamen concedo, inæqualitatem quandam esse inter Nobiles ac Doctores: Siquidem quædam privilegia habent Nobiles quæ non competunt Doctoribus; Ita illorum dignitas ad hæredes transit, non autem Horum; illi admittuntur ad torneamenta, Hi non; illi admittuntur in majoribus Canonicatibus in die hohe Stuffer/ Ex quibus Hi excluduntur: Quod moribus introductum est, quamvis nullo jure, quod nempe octo vel etiam sedecim generationes ex utroq; latere probare debeant, quem morem perniciosum vocat *Bod. de Repb. l. 6. c. 6.* & in simili respondet *Jetus l. 13 in fin. ff. de injur.* inde tamen non sequitur, quod sub genere nobilium omnino non contineantur, sine ratione itaq; dissentit laboriosè *Conradus ab Einriedel/ Eques Mispn. in tr. de Regal. c. 2. n. 140.* Et si inde Nobilitas ipsis denegaretur, quod non possint testimonio loco producere, majorum imagines, *ihrer Ahnen Schild vnd Helm/* sequeretur quod itidem è Nobilium numero excludendi sint illi, qui jam primum Virtute Nobilitatem acquisiverunt, quod absurdum est: quoniam non tam Virtus est Nobilem nasci quam Nobilem se facere *Besold, l. 1. Pol. c. 4.*

XXXIX. Unde sequitur quod Doctoralis dignitas nullatenus ingentiam Nobilitatem obfufcare poffit, quare longiffimè errant qui honefte literaturæ expertes, Ampliffimam Doctrinæ dignitatem, tantam vilem ac fordidam refpuunt ac fastidiunt, quoniam dignitas, dignitati juncta, priorem non tollit vel tantum obumbrat, fed potius auguftiorem ac Illuftriorem eandem reddit, quoniam Jurifprudencia, adæquata caufa eft Nobilitatis; Unde absurdum oriretur: Caufam deffruere fæum caufatum, aut principium fuum principiatum, quo apprimè quadrat illud quod *Aeneas Sylv. l. 4. comment. in Alphof. c. 9.* de Sigifmundo Imperatore reliquit, dum enim Georgius Fifcellus Doctor ac Vice-Cancellarius Imperatoris in Synodo Bafilienfi dubitaret; An Nobilibus (quia Nobilis genere erat) An Doctoribus fe adjungeret; Stulte, *inquit Imperator*, facis Georgi, qui nobilitatem generis anteponas literis, cū fcias me ex idioris uno die fexcentos creare poffe Equites, aft mille annis ne unum duntaxat literatum Doctorem, *Dubrav. Hiftor. Bohem. l. 25. Rumelin. ad A. B. p. 3. differt. 1. th. 15.* & dum Doctor Juris fimplici Nobili & illiterato præfertur, in fedendo ac eundo, O. P. de Anno 1530. & 1548. *tit. vom Adel. & tit. von Doctorn;* Nobilitatem fimul literatus ac Doctor, in fedendo ac eundo Doctori Juris, ignobili nativitate, præfertur, R. J. de Anno 1500. *§. item die von Adel fo Ritter oder Doctor feyn. p. 56.* Nifi forte hic publico ac honorifico aliquo officio præfit, cujus intuitu, Nobilem Doctorem præit ac præcedit *d. O. P. de Anno 1530. tit. von Adel §. 1. & O. P. de Anno 1548.*

XL. An autem *Doctores Bullati* qui non in publicis Academiarum folemnitatibus ac ritibus funt renunciati, fed à Comitibus Palatinis, acceptis Bullis ac Diplomatis funt creati, eadem cum aliis gaudeant dignitate, quod Negat. *Coler de proceff. exec. p. 2. c. 3. n. 129. Hillig. in Donel. Enucl. l. 24. c. 22. Lit. N. Menoch. de A. J. Q. l. 2. q. 5. c. 425. n. 38. Valer. Vvinther. in Parth. litig. l. 1. c. 7. n. 32.* A quibus tamen probabiliter diffentit *Marth. Stephani. de Idict. l. 2. p. 1. c. 6. n. 9. Treuil. Vol. 1. D. 1. th. 7. l. B. Carpz. ad L. Reg. c. 10. §. 10. n. 13.* Ratio hujus afserptionis eft quoniam Comitum Palatinorum actus ab ipfo Imperatore cenfeatur peractus, eandemq; potefatem quam Imperator concedit Academiis, fi concefferit his Comitibus, nulla differentia inter Doctores faciendaeft; modo tamen Comes Palatinus alios Doctores admittat, ac Candidati eruditionem ac mores rigidè inquiret, non enim Bullatus Doctor, ideo

ideo spernitur communiter quod à Comite Palatino fit creatus, sed ideo potius quod tales Bullati inveniuntur sæpe, sine literis ac lege, Silentarii, qui potius sunt Legum Dolores quam Doctores. Quamvis quidem hæc ita probabiliter disputari possint, Candidati tamen studiorum suorum fiduciam habentes, cautius fecerint, si in probatis Academicis, ubi studiosorum doctissimorum præsentia ac eruditionis suffragio specimina doctrinæ ac prudentiæ edant, & ita publico applausu majori excellentiâ gradum suscipiant, ita confidentius, muniti publico angurio, honorifica munia subeunt.

XLI. *Quarid* si Princeps potestate ac voluntate nobilitandi aliquem investiat de feudo nobili, tanquam in Signum ac Symbolum nobilitatis 2. *F. 10. Niell. Diss. feud. 1. th. 2. Vult l. 1. de feud. c. 8. n. 9.* non itaq; sufficit sola potestas sed insuper etiam requiritur voluntas, ejus, qui nobilitandi facultatem habet, siquidem ad cujusvis actus perfectionem hæc duo conjunctim requiruntur, nempe *Potestas & Voluntas* & ita sæpe evenire potest, ut quis possideat feudum nobile, qui tamen ideo non statim est nobilis, unde Germani optime sciunt distinguere inter, *Einem Graffen vnd Inhaber der Graffschafft* / & ita absurdum foret, ex prædio velle acquirere nobilitatem, quam quis ipse non habet *Bocer. de invest. feud. c. 3. n. 188.* Nobilitas enim prædicatur de personis non de rebus, quia dignitas est quæ ex virtute oritur, quare possessorem prædii non nobilitat, nisi à voluntate ejus qui nobilitandi facultatem habet proveniat *Carpz. de feud. D. 2. th. 14. Vult de feud. c. 8. n. 9.* Et evenire potest ut homo pessimus pecuniarum mole ac suburra gravatus optima possideat feuda, quæ tamen ipsi scelestos mores non adimunt. Si tamen Princeps aliquem investierit de Ducatu Marchion. Comit. &c. præsumitur etiam nobilitatem contulisse, *Gail. de Arrest. c. 6. n. 9. Schnob. de feud. D. 2. th. 11.* Idem judicium esto de homine plebejo qui nobile aliquod feudum emit, qui enim emit domum Consulis non fit continuo Consul, cum ut superius dixi divitiæ non faciant Nobilem, utpote quæ etiam in vilissimum cadere possunt hominem, non etenim contractu emptionis ac venditionis sed virtute & voluntate superioris feuda acquiruntur.

XLII. *Causa finalis* Nobilitatis est ut homines ad virtutem incitentur spe præmiorum, inde *Plutarch. in Apothegm. l. 1. Lysandrum* introducit, qui duo dixit esse alimenta virtutis: Spes honoris ac Me-

rus pœnæ, Quorum illa incitatores ad pulcherrima studia, hic segniores ad vitia reddit, boni enim cives efficiuntur non solum metu pœnarum verum præmiorum etiam exhortatione l. 1. § 1. ff. de J. & J.

Laudatq; virtus

crescit ac immensum gloria calcar habet

Et Magistratus ad vindictam malefactorum & laudem bonorum missus est à Deo 1. Pet. 2. c. solitæ de major. & obed. quod etiam Romanorum Imperatores fundamentum Rerumpub. esse censuerunt l. fin. de stat. & imag. l. 3. c. de off. rect. prov. blandimentis ac honoribus homines ad bonum iuvantur, c. qui sincera dist. 45. c. quam pio. q. 2. l. 4. ff. de inoff. test. qui enim omnes cives sine ullo discrimine confusos esse velit, perinde fecerit ac si bonas ac malas segetes in unum acervum congereret, unde profusus inutile exoriretur corpus, quod sanitati substantiæ vix prodesse ullâ ratione possit.

XLIII. Superest ut de *Effectu Nobilitatis* etiam agam, qui consistit in Juribus ac privilegiis Nobilium, vel omnium communibus, vel quibusdam specialibus, quoniam omnis nobilitatis vis in privilegiis consistit, Quæ cum in singulis Regnis ac provinciis varient, quædam quæ magis communia ac nota sunt paucis attingam. Generaliter tamen dicendo, in iis certè quæ sunt Juris naturæ major à Nobili requiritur fides quam ab hominibus plebeis, quoniam fidem fallere gravibus grave est, arg. l. 12. ff. de pœn. arg. l. un. in C. de conduct. & procur. unde hoc Jure cum aliis venditione simili utatur, nec quicquam speciale obtinent, nullus enim homo etiam si Princeps sit, hoc Jure eximitur, quamvis enim Princeps qui superiorem non agnoscit, nec conditionatam potestatem obtinet, legibus sit solutus l. 31. ff. de LL. atamen tenetur rectæ rationi Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 3. c. 12 n. 8.

XLIV. In Civili vitâ quoniam Nobiles honorum luce sunt conspicui l. 3. c. de Commer. & Mercat. inde etiam aliis sunt digniores c. 22. extr. de test. ac in sessionibus ac conventibus Jure merito plebeis illis qui publico ac honesto quodam officio destituuntur, præferuntur, l. 2. c. de off. divers. Jud. l. 1. 2. c. ut ordo dign. servet Et Nobilis qui simul Literatus est simplici Doctori in sedendo ac eundo merito præfertur R. J. de Anno 1500. §. item die von Abel so Ritter oder Doctor seyn quod tamen non tutò Jure affirmo de illo Nobili, qui simpliciter majorum tantum facta tanquam aliena jactat arg. l. 6. pr. ff. de decur. Nov. 162. c. 3.

112

in fin. Is enim Doctōri postponitur, ut supra patet O.P. de Anno 1530. & de Anno 1548. §. 1. tit. Von vom Adel & tit. seq. von Doctoren/ Quoniam autem præsumtio est, Nobilem majorū vestigiis communiter insistere ac omnes qualitates nō modo intrinsecas sed etiam extrinsecas habere *Ma- scard. de probat. concl. 1095. n. 2.* magis utiq; ad honores ac Magistratus assu- mendi sunt *l. 14. §. de honoribus 3. ff. de mun. & honor. Nov. 15. in pr. c. 1. & c. 6.* Hoc etiam Tiberius Cæsar observavit, Ut mandaret honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illustres domi artes spectando, ut satis constaret alios non esse potiores *Tacit. lib. 4. Annal.* & hoc respon- sum fuit Oraculi: Rempub. tum interituram, cum æs vel ferrum i. e. igno- biles mali, custodiæ auctoritatem obtinuerint *Plato. 3. de Repub.* Ita ta- men Nobilitatem requirimus, ut eam non primo à majorum imagini- bus, sed à virtute metiamur, *Job. à CHOK. de leg. c. 6.*

XLV. Pro Nobilibus magis militat virtutis ac integritatis præ- sumtio, unde in testimoniis ferendis, longe ignobilibus præferuntur quò enim quis major est ac nobilior, eò facilius auctoritatem illorum. Prætor sequitur *l. 8. ff. de pact. & magis ipsis creditur l. 3. pr. ff. de test. c. statuendum, de rescript. in 60. Gl. in l. 3. ff. de testib. Nov. 90. c. 1.* Unde in- plerisq; Germaniæ locis receptum est, ut etiam absq; speciali Juramento bey *Ihren Adelichen Trewen vnd Glauben* possint testimonia depone- re, quæ vim habeant testimonii jurati *Gail. l. 1. obs. 100. & 101. Myns. cent. 1. obs. 16.* nisi forte Juramentum sit de formâ alicujus actus *l. 9. l. si quan- do C. de test. c. licet extr. eod.* Et tunc tamen è domo ad Tribunal eos vocare Judex non debet *l. 15. ff. de Jur. Jur.* sed in propriâ domo per of- ficiales examinare. Et hoc etiam in aliis illorum actibus obtinet ut pro- missio sub fide nobilitatis facta, pro Juramento haberi debeat non- enim minori perfidiâ fides ita data violatur, quam Jusjurandum *arg. l. 1. ff. de pact. c. 40. dist. 2. l. 25. C. de nupt.* Unde nobilis contraveniens tran- sactioni fide nobilitatis inita, incidit in *l. 14. C. de transact. perjuris* tamen inde non fit *Felin. in c. pen. extr. de J. J.* nec talis promissio tanquam instrumentum gnarentigiatum, paratam habet executionem. *Abschied zu Speyer de Anno 1600. §. wann in einer Verschreibung.*

XLVI. Lætio quæ fit Nobili longè gravior æstimatur quam si ea- dem fiat ignobili, injuria enim ei illata utpote honestiori personæ sem- per pro atrociori habetur, graviusq; punitur *§. 9. J. de injur. l. 7. §. 2. 3. ult. l. 17. §. 3. ff. eod.* quoniam autem æstimatio hominis omnium est præ- iustif-

tiolissima, cujus amissio, longe pravior est quam omnium bonorum
l. 10. §. fin. ff. de pœn. l. 26. ff. si quis omiff. caus. Dum vita & fama pari passu
videtur ambulare, l. 9. ff. de man. vind. cum potius quis mortem quam
amissionem honoris sustinere posse censeatur arg. l. 8. §. 2. ff. quod met.
caus. Gail. l. 1. Obs. 10. n. 2. Inde Vasq. Illustr. Contr. c. 18. n. 16. affirmare
audet: Nobilem, honorem violatum armis vindicare posse; Quod an de
Jure tuto dici possit non video per l. 32. ff. de R. J. quando enim Jura no-
stravim vi propulsare permittunt, illud tum demum locum habet.
cum alter aufugere nequit, l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. de J. & J. ut
nempe tunc adhibeatur moderamen inculpatæ tutelæ l. 1. C. unde vi,
Const. Crim. Car. V. art. 140. & seq. qui autem ordinariâ Juris viâ suum
consequi potest, non debet extraordinario modo jus suum
vindicare arg. l. 16. ff. d. min. qui enim putabit se habere petitiones
actionibus legitimis experiatur l. 13. ff. quod met. caus. non itaq; patiatur
Prætor ad vulnera ac cædes hos ruere quos suâ Idictione potest com-
ponere, l. 13. §. æquissimum ff. de usufr. Grot. l. 3. de J. P. & B. c. 20. n. 43. alia
a. ipsis competunt remedia, quibus vindicare potest honorem. Et quod
magis est: Nobilis à plebejo insultatus tenetur fugere arg. §. 2. J. ad Leg.
Aquil. quia ea fuga ignominiosa nullatenus est dum à Jure præcipitur,
Const. Crim. Car. V. art. 142. hæc defensio enim quoniam ex Jure Naturæ
profluit, non eximit Nobilem.

XLVII. Nobilis in pœnis arbitrariis longe inicitus debet puniri
quam plebejus l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. nauiff. l. 3. §. 5. ff. ad L. Cornel. de
Sic. Unde si propter delictum aliquod ipsis sit decernenda incarcerationio,
illa semper mitior leniorq; esse debet l. 1. ff. de cust. & exhib. reor. non
enim facile in vinculis, ac custodiis subterraneis, in *Stoek vñ. Hals Eissen*
sunt detinendi, verum si qualitas delicti hoc ferat, loco carceris, privata
habitatio seu Palatium aliquod ipsis decernendum erit, in quo custodia
militum referventur; Nisi atrox sit crimen, de quo sint convicti, quare
hoc privilegium potius extendendum erit, ad causas civiles vel crimi-
nales pœnam capitis non ingerentes Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 28. Coler.
de process. execut. p. 2. c. 3. n. 177. Gail. de pignor. Obs. 9. n. 4.

XLVIII. Nobiles quamvis de crimine aliquo atrociori suspecti, le-
gitimis ac ad quæstionem sufficientibus indiciis onerati sint, atamen
tormentis subjici nequeunt, arg. l. 8. l. n. l. 26. C. de quæstion. l. 4. C. ad
L. Jul. Maj. quod argumento militum rectè deducitur, Nobiles enim
in iis beneficiis, quæ dignitatis vel utilitatis causa militibus tributa

D sunt,

sunt, etiam sunt participes, quoniam praesertim ij qui Vasalli sunt in perpetuo procinctu stare tenentur, ac omnibus momentis si necessitas Domini, id efflagitaverit militare, Germ. *Lehn oder Ritterdienst* thui/ quamvis enim non semper militent, tamen potentia ac habitu milites sunt, ac omnibus momentis, quibus exiguntur servitia, pro Domino militare coguntur *l. F. 1. §. notandum est l. F. 5. pr. 2. F. 12. 23. in fin. 55. §. firmiter*; Quo Privilegio tamen non possunt frui si helleuando, potando, aut tumultuando tempus terant *Coler. de Procef. Exec. p. 1. c. 6. n. 153.* Deinceps torrurae immunitatem exigit dignitas Nobilium, quia omnis dignitas excusationem a tortura praestat. *l. 4. C. ad L. Jul. Maj. l. 33. C. de decur. l. 10. C. de dign. l. 2. n. 16. C. de quaest. nisi plane sit enorme delictum quod nobilitas magis augeat quam minuat, tunc mitigationem nullam meretur personae qualitas, sed gradum poenarum saepe exasperat* *arg. l. 14. ff. de poen. l. 6. §. 1. ff. de re mil. Can. nulli 25. q. 1. Gail. l. 1. obs. 110. n. 42. Zang. tr. de quaest. c. 1. n. 65.* ubi enim major fides esse debet, ibi violatae fidei major est vindicta *l. 8 in fin. C. de Episc. & Cler. Bodin. l. 6. de Repb. c. 6.* reatus enim omnem honoris praerogativam excludit *d. l. 8. C. de Episc. & Cler. l. 1. C. ubi Senat. vel Clar.* qui enim adversus praeccepta legum delinquit legum privilegio se tueri nequit, *l. 37. ff. de minor. l. 17. C. de dign. l. fin. C. de Jure delib.* mitigatio ergo poenae quam nobilitas infert, atrocissima non respicit delicta, sed quoties tale est quod non graviter est enorme & tamen in plebejo poenam corporalem exigit mitior causa est nobilis *l. 16. §. persona ff. de poen. l. 6 pr. ff. ad Leg. Jul. pecul. l. 4. §. 1. l. ult. §. 1. de incen. ruin. & nauif.*

XLIX. Quoniam autem in Jure constitutum est, ut is qui non habet in aere luat in corpore *l. 7. §. 3. de Idict. l. fin. ff. de in jus vocan. l. 35. de injur. l. fin. ff. de sepult. violat. l. 1. §. fin. ff. de poen.* illud ipsum tamen non procedit in Nobilibus, quoniam ipsi etiam minima poena corporalis major est quam pecuniaria, *l. 10. ff. de poen. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 5 cas. 447. n. 11.* unde consultius esse videtur, impunitum dimittere ab hac turpitudine, quam in casu deficientis mulctae, corporali poenam eum coercere, quia propter qualitatem personae majorem poenam sustineret quam aequum foret *l. 11. ff. de poen. l. 22. C. eod. c. non asseramus 24. q. 1.* Inde etiam Ignominioso supplicio non facile sunt afficiendi nempe nec flagellis, nec fastibus caedi debent *l. 5. C. ex quibus caus. infam. c. pastoralis, de off. de leg. Matth. Steph. de Idict. l. 2 p. 1. c. 7. m. 2. n. 88.*

neq;

neq; ob furtum suspendii crimen sustinere debent *arg. l. 9. §. 11. ff. de pœn.* utpote quod pœna hæc inter omnia pœnarum genera, censetur esse flagitiosissima & maximè infamis, *Coras. in Arest. Tholos. c. 93. Rosin. l. 9. antiq. Rom. c. 31.*

L. Valde inter se discrepant Jcti: An Nobilis ad palinodiam ac reclamationem seu recantationem cogi possit, ob er auff einen wiederuff sönne angeflaget werden? Quod attinet ad actionem illam recantatoriam, ea Jure Civili plane est incognita, moribus tamen Germaniæ introducta, ac Ordinatione Camerae approbata, *p. 2. tit. 28. §. vñd sonderlich sehen/ Myns. Cent. 2. Obs. 98. Berlich. concl. pract. p. 5. concl. 62. n. 1. & seqq.* ea; quidem est Civilis quia nec ad publicum interesse, nec pœnam corporalem, aut pecuniariam fisco applicandam pertinet, & insuper in Camera Imperiali à quâ generaliter criminales accusationes removentur ac excluduntur *O. C. p. 2. tit. 28. §. item nach dehm Gail. l. 1. Obs. C. 5. l. n. 28.* actio hæc reclamatoria conceditur *d. p. 2. tit. 28. tit. vñd sonderlich Myns. cons. 7. n. 15. cent. 2. Obs. 98.* Attamen si reus ipse litiget ac condemnatur, infamiam incurrit. *l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam. Schnob. D. 24. th. 10.* quare cum in causis civilibus, Nobilitati multum defertur, distinguendum est in objecta quæstione? Quod nempe vel uterq; sit Nobilis, t am injurians quam injuriatus, vel Injuriatus tantum sit Nobilis; Priori casu sine dubio hoc affirmo cum *Berlich. d. l. n. 28.* tritissima enim Juris regula est, quod privilegiatus, contra privilegiatum, non utatur privilegio. Posteriori casu æquum videtur ut hoc negem, quoniam honoris ac samæ maximam jacturam inducit Palinodia, in civilibus autem Nobiles semper sunt potiores plebejis.

LI. Ad munera onerosa subeunda, multis modis etiam Nobiles præ aliis Landsassis sunt immunes, ea; nisi urgente necessitate, aut Regionis consuetudine, præstare non tenentur *l. 13. C. de excus. mun.* Unde de vectigalibus non tantum ex antiquâ Germanorum consuetudine, ut refert *Mindan. de Mand. l. 2. c. 2. n. 42.* verum etiam ex specialibus privilegiis *Caro. V. & Rudolph. II. Imperatorum,* sunt immunes, *Klock. de Jur. Vech. th. 13.* quod tamen in multis locis non observatur. Collectarum ac Contributionum major est dubitatio, quare distinguendum est, inter bona, quæ possident: An ea sint Feudalia, An Allo diala: Illorum ratione ad Collectas ac munera contributionum Domino non tenentur *l. 2. C. de collat. fund.* quia periclitanti Domino servitiis feudalibus ac onerosis

onerosis, promptè succurrere tenentur *c. tibi Dno. Dist. 63. 2. F. 22. 23.*
2 F. 7. 12. quare ejusdem rei intuitu duplici onere gravari non debent
l. 4. in fin. ff. ad L. Rhod. de Falt. nisi contraria loci consuetudo obsit,
aut causa, ob quam tale onus exigatur, totam provinciam concernat,
quâ ratione nemo immunis existit *Vasq. Ill. contro l. 4. cont. 6.* Itaq; mul-
to minus Nobiles exemptos esse credimus ex universalibus imperii Col-
lectis, des *R. Reichs anlangen/ R. J. de Anno 1495. Anno 1551. S. folcher*
der Stande/ 1566. diereiß nun diese/ 1594. S. nachdem nun. Ad bona
Allodialia autem seu Patrimonialia hæc immunitas extendi non debet,
quia nullibi reperitur Nobilis in omnibus bonis gaudere immunitate
Tiraq. de Nob. c. 20. n. 16.

LII. Maximus deniq; refulget Nobilium splendor in exercitio Ju-
risdictionis, quod in proprios suos homines exercere possunt, videmus
enim quod non tantum Idictionem simplicem seu Bassam, verum etiam
mixtum ac merum Imperium obtineant in causis civilibus ac criminali-
bus, Germ. *daß vnter vnd ober/oder Halsgerichte* quod jus partim ex gra-
tiosa superioris concessione, partim præscriptione, partim oneroso
titulo acquisiverunt *Matth. Steph. de Idict. lib. 2. p. 1. c. 7 memb. 2. n. 138.*
Hæc tamen Jurisdicatio ratione Domini directi semper præsumitur
apud superiorem remansisse, unde in dubio non tam privative quam cu-
mulative Jurisdictionem intelliguntur habere, *Gail. 1. Obs. 29. n. 3.*
Matth. Steph. de Idict. l. 1. c. 28. n. 11. Jurisdictionem autem hanc, ultra
territorii terminos exercere nequeunt, quia Judici ultra territorium
Jus dicenti impunè non obtemperatur *l. fin. ff. de Idict.* Exercent itaq;
hanc Idictionem in suos Rusticos quos vulgo vocamus *Homines Proprios.*
Germ. *Eigenleute oder Leibeigene* R. J. de Anno 1442. tit. von dem
heimlichen Gerichte. R. J. de Anno 1512. tit. von Testamenten §. die Form
qui ratione præstiti Juramenti, vel porrectionis dextræ, id debent Do-
minis quod subditi Magistratui & amplius, *Mevius ad Jus. Lub. tit. 3. lib.*
1. art. 2. n. 8. quamvis enim inter Christianos misera veterum servorum
conditio quæ apparet ex *l. 1. ff. de his qui sunt sui l. 32. de R. J. l. 209.*
eod. sit sublata, attamen speciem ac umbram veteris servitutis abunde
monstrant, qua ratione, mediam aliquam conditionem inter servos ac
liberos homines constituunt, quoniam de utriusq; qualitate participant
nec liberis nec servis ritè exæquantur, quare eos *Grot. de J. Pac. & B.*
l. 2. c. 1. n. 30. Imperfectos servos vocat, & *Zusius* Anonymos esse dicit

lib,

lib. 2. Resp. Sing. c. 7. n. 8. & Gail. tr. de pign. c. 8. n. 3. et si quidem hi homines proprie à servorum statu maxime differunt, attamen vel nativitate, vel pacto, vel temporis præscriptione ita glebæ ac prædio Domini sunt ascripti, ut propriâ voluntate unâ cum liberis discedere non possint, sed ad servitia Domino præstanda firmissimo nexu sunt obstricti *Husan. de propr. hom. c. 3. q. 1.*

LIII. Servitia horum Rusticorum pro diversitate Regionum sunt varia, ac versus septentrionem, longè deterioris conditionis quam in superiori Germania, *Cothm. Vol. 1. Resp. 42. n. 25.* & majori vinculo ratione præstationum personalium ac realium Dominis sunt devincti, quam aut libertus patrono apud Romanos, aut subditus Domino suo apud Germanos est; Ad præstationes personales pertinet, quod teneantur sequi Dominum in Bellum euntem & tempore belli agere excubias; Ad operas illorum pertinent pro ratione prædii, vel labores personæ, vel operæ agrestes: Qui enim tantum agri, à Dominis habent ut possint Jumenta alere, qui Mansum possident, Germ. Welche ein Erbe haben/ rurales operas præstare debent. *Wagen vnd Pflugdienste/* Qui autem, tantum modicum agrum habent quo duntaxat vitam sustentare ac se ipsos possint alere, welche einen Katen haben/ manuaras aut pedestres præstant operas *Hand vnd Fußdienste/ Berl. p. 2. concl. 64. 65.* utraq; tamen, vel determinatas vel etiam nõ determinatas præstant, secundum statuta locorum, vel conventiones partium *Ming. de sup. territ. concl. 29.* Quando autem per decennale tempus servitia præstiterunt Rustici, iusta esse censentur, & ita legitime deinceps exiguntur *Knich. de Vest. pact. c. 3. n. 48. Limn. de Jur. Publ. l. 6. c. 4. n. 19.* insolita tamen servitia si Domini ipsis imponere velint, superioris auxilium implorare possunt, ut servitia Dominorum acerba, amissione Idictionis plectatur *Myns. c. 5. obs. 8. Gail. 1. obs. 17.* quicquid insuper in vitam rustici committitur, non mitius punitur quam quod meretur alieni liberi hominis sanguinis violatio. *Mev. de Jur. Lub. lib. 1. tit. 3. art. 2. n. 25.* Rustici insuper in quibusdam locis solvunt certam pensionem annuam, Dominis, vel frumentariam vel pecuniariam vel alius generis redditus *Kornpächte/ Geldpächte/ Rauchhüner/ Wachs/ Fastnachtsener/ Strohh/ Hew/ &c.* Et quod majus esse censetur, in quibusdam locis etiam Dominis emolumenta successoria competunt Germ. *Erbrecht Weydemahl/ Todfall/ nemblich/ ein haupr Vieh vnd das beste Kleid/* pro ratione

tionē loci *Zaf. lib. 1. Resp. sing. c. 2. Ming. de super. territ. concl. 82.* Inbo-
nis autem liberum habeat commercium, excepto eo quod initio acce-
perunt Germ. die Hoff Wehrung oder das eyserne Vieh quod sine
consensu Domini alienare nequeunt, *Mev. d. l. n. 29.* quod Jus videtur
aliquam duritiem LL. sapere *arg. l. 38. §. 5. de V. O.* si tamen Rustici debita
onera subire recusaverint à Nobilibus communiter puniri possunt, car-
cere, multa, pignorationibus fructuum &c. *Gail. l. 1. Obs. 17. n. 8. Hujan. c.*
7. Matth. Steph. d. l. n. 275.

LIV. Hactenus de Nobilitate & ejus effectibus sequuntur jam
etiam ea quæ Nobilitati sunt contraria, eandemq; aut plane tollunt aut
certè obumbrant, non minor enim virtus est tueri nobilitatem, quam
quærere, ut enim virtus nobilitatis causa est, ita vitium eidem est con-
trarium; Hoc enim in se habet generosus animus quod nempe conci-
tatur ad honesta. Neminemq; excelsi ingenii virum humilia delectant &
sordida *Senec. Epist. 39.* ubi autem à virtutis tramite aberraverit Nobilis
adeo ut insanabili morbo laboret, virtutis honorem non meretur, non
enim honores servantur ei qui sese scelere polluit *l. 2. C. de secund. Nupt.*
l. 1. C. ubi senat. v. Clariss. l. 2. C. de dignit. ne cedat in honorem quod in
pœnam propendet, dum enim Nobilis commestationibus, prodigali-
tati, spurcitiei, & similibus vitiis, indefinenter vacet, deperdit virtutis
præmia.

LV. Divitiæ ut *th. 33.* proposui, nec nobilitatis formam nec mate-
riam constituunt, itaq; nec eandem tollunt, quamvis enim divitiæ ad
existentiam nobilitatis multum faciant, cum eo quis æstimetur Nobi-
litate illustrior, quo habet nobilius subjectum utpote cum in paupertate
homines deprimantur *c. 8. de test. & attest.* ac sine divitiis magnatum
familia fordescant *arg. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* attamen cum in Bonis
fortunæ divitiæ consistant, ipsum summum bonum civile, tollere nul-
latenus possunt, atq; ita nec consequens summi boni nempe honorem,
mores enim potius quam vires hominis sunt spectandi *arg. l. 5. C. de*
susp. tut. Unde Nero Imperator quamvis lentæ tamen sævissimæ do-
minationis. Nobilissimo cuiq; sed à re familiarum destituto, annua so-
latia oblati in singulos annos quingenis sextertiis ut ita innoxiam pau-
pertatem sustentaret, & splendorem familiarum servavit *Tacit. 13. An-*
nal. p. m. 270. quod arcanum firmissimum esse censeo Regiæ Domina-
tionis. Ita majorem Principem asserere possumus, quanto splendore
ac

ac nobilitate Illustrioribus Leges præscribit *Scipio Amirat. in Tac. l. 2. disc. 8.*

LVI Maxime autem derogat Nobilitati usus plebejorum officiorum *arg. l. ne quis C. de dign.* Inter hæc autem etiam recensetur Mercatura siquidem actus negotiandi propter vilem quæstum censetur nullatenus respondere dignitati Equestri *l. 2. C. de commer. & Mercat.* rarissima enim sunt Mercatorum ingenia, quin aliquid admistum habeant iniqui fœnoris, Nisi fortè mos Regionis eos admittat, non enim eadem omnibus gentibus sunt honesta ac turpia, sæpe enim videmus eosdem actus pro temporum forte nunc virtutes esse, nunc vitia *Barcl. in Argen. l. 1. p. m. 34.* præprimis itaq; mos cujusq; Regionis est inspiciendus, dignitas enim esse censetur quidquid opinione hominum tale aestimatur. Diffiteri quidem nemo sanus poterit, maximam Rebuspublicis accrescere utilitatem, si diligentibus abundet mercatoribus, siquidem vix commodè in civitatibus vita transigitur, si commercia ac mercimonia in eadem quiescant *l. 2. ff. de Nundin.* Unde *Plutarch.* in Solone: Mercaturam comparandis divitiis, Regum amicitiiis, ac barbarorum gentibus conciliandis, pollere plurimum. Attamen propter hoc unicum, quod turpe lucrum cum mercaturâ communiter est unitum, certè mercaturæ exercitium, nobilitatis decori maxime obest, quare Thebani ut civium Magistratus dignitatem ambientium animos, à fœnoris iniquâ cupiditate avocent, neminem ad Reipb. honores susceperunt, nisi qui decem annos à mercaturâ destitisset *Matth. Steph. de Idid. l. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 93.* quæstus enim omnis Nobilibus indecorus est, unde apud Romanos Senator navem onerariam habere prohibitus fuit *Liv. lib. 21.* Et Sigismundus Rex Poloniæ, in suo Regno triplex genus hominum dixit: *Rusticos*, qui agrum colant; *Mercatores* qui necessaria advehant & exportent; *Nobiles* qui Patriam defendant.

LVII. Multo magis opificia Nobilitati obsunt, si quis iisdem pro quæstu non autem pro animi exercitatione utatur, inter hæc autem, sordidos opifices, referimus, *Coquos ac Laniones l. 18. §. 1. ff. de Edil. Edict. l. 18. ff. de fund. instruct. Pistores* quorum vile ac sordidum artificium est *l. 12. vers. sordidorum. C. de excus. mun. l. 12. §. 5. ff. de fund. instruct. Apothecarij* quos eos præcipue nominamus qui artem circumforaneam exercent

Germ. Quack-salber l. 12. §. fin. C. de cohort. Princ. & varii alii quos hic recensere longum foret.

DEO SIT LAUS IN SECULA.

Et genus, & proavos Fortuna munere jactas:
Et sic egregium sanguine nomen habes.
Sed quia nonnunquam decus illud possides heres
Degener, & proprium Tu facis ipse tibi,
Scilicet illustras magis ac mage lumine mentis,
Clarius ut per te continuetur honor.
Fac ita, sic olim continges sidera famâ:
Sic paries magno gaudia magna Patri:
Sitq; ratum facies, quod trita paromia dicit:
Nulla leonino sanguine ceiva sata est.

Ita Convictori suo suavissimo
ex animo vover

Andreas Tscherningius,
Prof. P.

Ad Nobiliss. & Politiss.

DN. RESPONDENTEM,
Amicum.

Nobilitate clues, non quæ nummosa vocatur,
Quæ datur & nigris, & sine mente Viris,
Sed Te, CROCOVI, Virtuti debita merces
Nobilitas decorat. Præmia parra tenes,
Præmia, parra Tibi Patriâ virtute, reserva,
Virtutis Parriæ pressius ipse tenax.
Ominor! & verè. Præsentia Themata quid non
Nobilitatis habent? Gratulor ergò Tibi.

l. mg, deproperabat

M. Henricus Müller.

Non Aravos, Patremque feram, nec Stemma tuorum

Propria dum virtus praesagit Nobile nomen:

Nam licet antiquâ serie numerare Parentes,

Eximieq; queas stirpis monumenta probare;

Tu mage virtutis sectaris Nobile culmen

Quò tua Nobilitas illustret clarior orbem

Perge ut cepisti! non ominor dubius augur:

Posthinc famam quam posthuma secula norint.

Nobilissimo Dn. Cracovio, grat.

Heinrich Rudolph Redeker.

Indita qui stirpis generosæ nomina AVORUM

Amplificare velit Nobilitate novâ:

Imbuat ille animum venerandâ peritiâ rerum,

Ut queat antiquæ jungere quo vigeat.

Hoc Tu Cracovi, dum docto gutture libras

Germina VIRTUTIS facere vis pariter.

Fac igitur Patriam feriat splendore coruscans

Incolumis VIRTUS, Nobilitatis apex;

Ne ruat in præceps Cracovi Nobile Stemma,

Floreat ast virens non sine laude Tuâ.

Sis Patriæ LUMEN, Tibi Dux sit prævia VIRTUS,

Et FORTUNA comes, sit Tua facta SALUS.

Friederich Franck / S. C.

Est magnum, fateor, censeri laude suorum

Majorum, & dignum cernere stemma Patris:

Hos numerosa manet laus & præconia famæ,

Hicq; sui facti præmia digna gerit.

At miserum tantùm est aliorum incumbere fama

Si mens nec animus pectoris igne calet.

Ergo ut laudemus te, non tua, nomine tantum

Cracovi insignis non cupis esse Tuo.

sed

*Sed sequeris felix, quo te irabit ardua Virtus,
Et decus affectas amplificare Tuum.
Gratulor ex animo Patrie præcubile germen,
Auguror, & possum dicere, magnus eris.*

Amico singulari adjiciebat

Johannes Ganswind, Elb: Pruss:

Trochäische Ode.

1. **W**ilstu nun die Adelsfahnen
welche du von deinen Ahnen
die ihr Blut längst zugesetzt
bey des Vaterlands Befechte
Ruhm zu lassen dem Geschlechte
vnd ihr mehr als Gold-Wehr
schätze:

Durch der Edlen Tugend mühen
machen daß sie doppelt blühen?

2. Recht sol weil du wahr genossen
daß in Fama Buch zukommen
nicht mehr als zwey Wege sind
Durch ein Buch vnd blanken
Degen

Wer sie beide bey kan legen
der sich recht Bestammet sind;
Wie dem Welt-berühmter Väter
Der vertritt die Landes Götter.

3. Fahre fort in dem beginnen/
Zieh die Adeltichen Sinnen
in dem Frühling deiner Zeit
mit der Wissenschaft vnd Kün-
sten:

Daß du mehr mit Fleiß-gewinnen
gleich wie von der Adelsheit
deinem Vater mögst verleihen
Vhrsach über dich zu freuen.

Dieses wenige schrieb seinem höchstigen Ehren Freunde
Casparus Bernd von Friedenberg aus Schlesien.

Sic Juvat acceptum. Splendorem lumine mentis
Ingeniiq; acie condecorare magis:
Sic juvat & Studii documenta probare Peritis
Quid juvat obscuro delituisse loco.
Maeste animo tali, Virtutis præmia reddent
Leucadiusq; DEUS, Castalidumq; cohors.
Fama canit, Fortuna docet, Prælagia dicunt.
Dispeream nî TU PATRUUS alter eris.

Jacobus Nibbins, Leob. Prussus.

os(o)so

49. Schaeffer, de acquitate edicti, quod quisque juris in alterum
placuerit, ut ipse eodem jure utatur.

50. Schaefer, an genus, vel nomen actionis in libellum
fit exprimendum.

51. Schaefer, de affirmatione contract. unilateral.

52. Schaefer, de convenientia et inconvenientia excom-
municatiois majoris cum basno imperiali, in genere.

53. Schaefer, de juris romani indulgentia circa concubitum.

54. Schaefer, de juri interrogatio sum.

55. Pauli, observationis curiosae, ex jure variis.

56. Pauli, de crimine atheismi ejusque poena.

57. Penningbützel, de testamenti imperfecti approbatione.

58. Carpzow, de usuris.

59. Ludovicus, de collatione bonorum.

60. Ludovicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludovicus, de fidejussoribus.





Interdum tamen, tam heredibus
media competunt. Olim enim potestas erat
di fideiussores: Sed nouissimo iure non permi-
forem conueniri prius, quam excussio fiat in
isq̄ inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, si fideiussor se obligauit vt prin-
suum proprium, nisi in specie beneficio exc-
C. eod: renunciauerit, recte Hyppol. de Ma-
debitore non excusso, affirmat, quod & nos
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures sunt fideiussores, singuli in se
& conueniri possunt, siue id nominatim co-
omnes sint soluendo, siue non,

XXX.

Contra quam tamen exactionem solia
Epist. D. Adriani succurritur fideiussorib. a
tor a singulis, modo soluendo sint, virilen-
latur, nisi & isti beneficio in cautione

XXXI.

Quod si vnus ex fideiussorib. se
subueniri solet, vt creditor compellatur ven-
ipse habet, adeo vt in solidum condemna-
niri coeperit, idem desiderari possit, & hoc
ante solutionem aut in ipsa solutione aut etia
libet spontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fa-
adeo, vt si in solidum soluit, ius, quod
cedendum est.

Sil.

ribus Iuris re
to reo, eligen-
iter interces-
is principalis,

ndo debitum
uth. praesente.
ueniri posse,
muis Const:

re obligantur
non, & siue

diuisionis ex-
inceps credi-
etere compel-
um fuerit.

e velit, ita ei
nomina, que
cati conue-
itramur vel
em, quam-

creditoris,
in solidum
Num

the scale towards document

